

# Johannes

532

c.  
 8.  
 E  
 Mt. 21. g. mt. 22.  
 Luc. 19. g. et.  
 c. et. 22. a.  
 1. 13. f.  
 Mt. 27.  
 Mt. 17. c.  
 Mt. 13. e

S  
 Jo. 4. c.  
 sup. 4. b  
 Mt. 21. c.  
 Mt. 23. 5.  
 S  
 sup. eodem. e

sit: christus autem cum venerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo iesus in templo docens et dicens. Et me scitis et unde sum scitis. et a me ipso non veni sed est verus qui misit me quem vos nescitis. Ego scio eum et si dixerim quod nescio eum. ero similis vobis mendax. Sed scio eum quod ab ipso sum. et ipse me misit. Querunt ergo eum apprehendere. et nemo misit in illum manus: quod non dicitur venerat hora eius. De turba autem multi crediturunt in eum. Et dicebant. Christum cum venerit: nunquid plura signa faciet quam hic facit? Audierunt pharisei turbam in murmurantem de illo. Hec et miserunt principes et pharisei ministros ut apprehenderent iesum. Dixit ergo ei iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum: et vado ad eum qui me misit. Queritis me et non inueniatis et ubi ego sum. vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad seipsum: Quo hic iturus est: quod non inuenimus eum? Nunquid in dispersio ne gentium iturus est et docurus gentes? Quis est hic homo quem dixit: queritis me et non inueniatis. et ubi sum ego vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat iesus et clamabat dicens. Si quis sitis: veniet ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluunt aque viue. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Non dicitur enim erat spiritus datus: quod iesus nondum erat glorificatus. Et illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant. Hic est vere propheta. Alii dicebant. Hic est christus. Quidam autem dicebant. Nunquid a galilea venit christus? Nonne scriptura dicit: quod ex semine dauid et de bethleem castello ubi erat dauid venit christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. Venit ergo mi-

nistri ad pontifices et phariseos. et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri. Nunquid sic locutus est homo. sic hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid et vos seducti estis? Nunquid ex principibus aliis credidit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem: maledicti sunt. Dixit nicodemus ad eos ille qui venit ad eum nocte. quomodo erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso et cognouerit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus? Scutare scripturas et vide: quia a galilea propheta non surgit. Et reuersi sunt unusquisque in domum suam. VIII. Iesus autem perrexit in montem oliueti et diluculo iterum venit in templum et omnis populus venit ad eum. et sedens docebat eos. Adducunt autem scribe et pharisei mulierem in adulterio deprehensam: et statuerunt eam in medio. et dixerunt ei. Magister: hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant temptantes eum: ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Cum ergo per seuerarent interrogantes: erexit se. et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hec: unus post unum exiabant incipientes a senioribus. et remansit solus iesus. et mulier in medio stans. Erigens autem se iesus dixit ei. Mulier. ubi sunt qui te accusabant. Nemo te condemnauit. Que dixit. Nemo domine. Dixit autem iesus. Nec ego te condemnabo. Vade et iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis iesus dicens. Ego sum lux mundi. Qui

sup. 3. a  
 sup. 5. f.

A

B

